Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Adam Viebing.

Viebing, Adam

Halle (Saale), 28.08.1706

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-194117

Visual Library

hanc Almam Fridericianam me
contuli. Cum autem per aliquot
menses ibi commoratus eram, gravibus
rationibus motus, ut in Orphanotrophium
ad mensam admitterer, rogavi, et favo-
lente summe reverendo Domino Prof. Franckio
Praeceptore meo dilectissimo et honoratis-
simo in numerum eorum susceptus
sum, qui ordinaria, ut dicitur, mensa
fruuntur, pro quo ut et reliquis maximis
in me collatis beneficiis Deo eique, cui
cura Orphanotrophii commissa est, aeter-
num me devinctum et obstrictum con-
fiter. Dabam Halae die 25 Aug: Ao 1706.

Adam Viebing natus sum d. 13 April. 1678
in oppidulo quodam Comitatus Blankenbur-
gensis, nomine Hasselfeld, a Patre Adam
Viebing Not: Caes: Publ. oppiduli hujus, dum
in vivis erat, Scriba jurato et Matre Anna
Sophia Priemitzendorf. Hi parentes mei

ab incunabulis me, filium unicum, studiis
conservantes, nullis, quantum facultatum
ratio permittebat, sumtibus parcebant
ad obtinendum, quem mecum intendebant, finem
Et hanc parentum de me expectationem haud
parum firmabat prima ætatis fervor
in studiorum curriculo progrediendi. Verum
diligentia hæc crescentibus annis sensim
declinabat in socordiam, ex qua, tanquam
pessimo fonte profluebat malitia.
Simulac enim extra patriam aliqua libe-
rius vivere contingebat, in eam abreptus
sum vitæ perversitatem, ut non solum pravis
consortiis, commessationibus, chartis lusoriis
carnisque cupiditatibus adsvescerem, sed etiã
furiis quasi agitatus, nullo loco certũ pedẽ
figere possem usque ad annum 1704, quo sum-
mi Numinis directione Goslariæ ~~...~~ Dn. Antonius
de Seidenstikker hospitio me excipiebat, per cujus,
veritatis amantissimi, crebros de vero Dei cultu ser-
mones Sp: S. tandem in corde meo operari incipiebat, quo
facto huc me conferre constitui, et licet nihil non esset,
unde vel per tres menses in Academia vivere potuissem
fiducia tamen in Deo ~~...~~ iter suscepi et ecce!
d. 31 Maji 1708 huc accedens mensam reperi stratam
ac paratam in Orphanotropheo, qua etiam extra or-
dinaria primum usus mox ordinaria membris adscri-
ptus sum. DEO. T. O. M. sit Laus & Gloria. Amen.
Datum Halæ 28 Aug: 1708.